

VERS. (1) 2. — LOCUTUS SUM (2), locutus sum, id est, prophetiam quae plena est verae consolationis.

VERS. 3. — CAPTIVITATEM, id est, omnes fideles. Hic locus non est intelligendus de corporali liberatione Israelis et Judae, sed de spirituali; nam decem tribus ab Assyria nunquam redierunt in Judaeam, neque sunt rediturae (en corps de peuple, scilicet, ut infra 51, 48, et 50, 4.). Chaldaeus paraph. et interpretes doctissimi quidam ex Hebraeis, referunt haec ad liberationem praestandam a Messia. Per terram intelligenda est terra viventium in sempiternum. Matth. 5 : Beati mites : quoniam possidebunt terram.

VERS. 4. — VERBA, sub. scribenda in libro. AD ISRAEL, vel de Israele et de Juda.

VERS. 5. — VOCEM, etc. Sub. dicent gentes in adventu Messie, Vocem stupendam audivimus, vocem, inquam, pavoris, et vocem quae omnem salutis et vitae spem admittit; q. d. : In adventu Messie timebunt gentes fideles, et multis doloribus afficientur. Judei terrores istos ad bellum Gog et Magog referunt, cui adventus Christi erit successurus. Christiani totum locum intelligunt de persecutione Ecclesiae futura post Christum natum et predicatum. Quidam ad persecutionem Antichristi referunt. FORMIDO ET NON EST PAX, vel vocem timoris, et non vocem pacis.

VERS. 6. — SI GENERAT MASCULUS; q. d. : Viri non solent parere : cur igitur sunt habitu mulierum parturientium, ut usque adeo timeant?

VERS. 7. — V&E, vel, Heu. EX IPSA SERVABITUR (3),

(1) VERS. 4. — HOC VERBUM QUOD FACTUM EST. Spiritus S. in Scripturis solet post promissionem temporalium et carnalium evehere mentes prophetarum per promissiones spirituales et aeternas, quae in Christo adimplentur. Quare nunc transit ad veram liberationem. (Clariss.)

(2) SCRIBE TIBI OMNIA VERBA QUAE LOCUTUS SUM AD TE, IN LIMBO; vel quae loquor, sive locutus sum; non enim hoc tempore vaticinia sua scripto tradere cepit Jeremias. Hoc illi imperaverat Deus anno Joakim quarto; atque hoc vaticinium ad Sedeciae regnum pertinere creditur. Imperabat propheta Deus, ita quaedam vaticinia majoris momenti in volumine scriberent, vulgarent, et populo audiente perlegerent; quo certius cum rebus gestis conferri possent, ubi explendorum tempus advenisset, constaretque, illa postrem gestam confecta non fuisse, aut aliquibus additis desumptive concinnata. (Calmet.)

(3) MAGNA DIES ILLA. Magna, id est, terribilis, et mirè calamitosa, instar diei iudicii, quae proxime vocatur dies magna, Sophon. 1, v. 14; Judae v. 6; Apocal. 5, 47, et e. 6, v. 14.

EX IPSA. Hebr., ex ipsa, scilicet tribulatione, salvabitur Israel : quia Deus conteret iugum ejus, scilicet tyranni, tum Nabuchodonosoris, tum potius diaboli et Antichristi, ut nulli amplius serviat Israel, nisi Deo et Davidi, id est, Christo filio Davidis, tum in hac vita, tum in maxime in coelo. Vide can. 21. Ita S. Hieron., Theodor. et passim alii cum Chaldeo. Sic Christus vocatur David, Ezech. 37, v. 25; Theodor. tamen et S. Thom. per Davidem intelligunt quoque Zorobabel, et Simonem Machabeum, posteros Davidis. Verum hi non fuerunt reges, imò tunc servierunt Judaei alienis regibus et principibus, scilicet Persis, Graecis et Romanis. Miscet ergo hic propheta tyrum cum antitypo : haecque magis antitypo quam typo conveniant. Vide can. 4 et 5. Sensim ergo propheta à Cyro avo-

q. d., patietur quidem Ecclesia in adventu Christi, sed ad tempus. Ista videntur impleta tempore Christi et Apostolorum.

VERS. 8. — EJUS, sub. diaboli. VINULA TUA, id est, vinula peccati et mortis quibus antea victus eras. ILLUM. A secunda ad tertiam transit, more Hebraeo, pro te. (Vid. supra 25, 14.) ALIENI, alienos, vocat Satanam, mortem, et peccatum.

VERS. 9. — ET DAVID (1), id est : Messie filio Davidis, inquit Chaldaeus paraph.

VERS. 10. — A LONGÈ. Hoc est, reducendo te è regione longinqua, qui prius eras procul à me. Qui non credit in Christum, dicitur hic procul à Christo habitare. (Infra, 46, 27, eadem verba exponit Vatablus : Reducam te in patriam tuam ex terrâ longinqua.) DE TERRA, etc., id est, à regione in qua captivi erant Sathanae. REVERTETUR, sub. in Ecclesiam. PACATUS, vel in tranquillitate erit.

VERS. 11. — FACIAM ENIM, etc. Consumationem facere, pro totum perdere, excindere funditus (vid. sup., 5, 10), q. d. : Perdam gentes inter quas dispersus fueris; at te non perdam utillas. IN JUDICIO, id est, modo adhibito quem in castigando servare soleo; sive in iudicio, id est, pro morte meo. hoc est, moderatè.

IN JUDICIO PUNIRE, non summo jure agere, et exactè iustitiâ, sed modo quodam et equitate, non furore. SECIDENDO NON SECIDAM TE, vel exterminando non exterminabo te, id est, te omnino de medio non tollam. Vox Hebraea וְאֶבְרַח אֲבֹרֶה significat, quæ hic pro perdere accipitur (vid. infra, 46, 28, vel mundando non mundabo te, id est, non exactè et ad purum putam excoquam, ut nihil ultra sordium in te sit; nam si hoc tentem, ferre haudquamquam posses, et simul pessum ires.

VERS. 12. — DESPERATA FRACTURA TUA, vel plena doloris fractio, vel tribulatio tua, agra est, etc. Tribulationem fidelium gravissimam sub antichristo futuram describit. (Vid. sup. 15, 18) (2).

lat ad Christum, ipsumque intelligit, non allegoricè, sed litteraliter. (Corn. à Lap.)

(1) SERVIENT DOMINO DEO SUO, ET DAVID REGI SUO, id est, Zorobabeli. Is David vocatur, et hic et Ezech. 34, 25, et 37, 24, nimirum sicut à Ptolomeo orti Ptolomei, à Cesare Caesares. (Grotius.)

(2) Fractura, id est, 1^a poena et plaga tua, puta vastatio Jerusalem et captivitas Babilonica, ait S. Hieron. et Theodor., q. d. : Inflagam tibi plagam quae ab humana manu sanari non possit; ego tamen post septuaginta annos eandem sanabo. Secundò, fractura haec est desolatio Judaeorum sub Tito, eorumque dispersio; haec insanabilis est, quia ex decreto Dei durabit usque ad Antichristum, à cujus, uti et diaboli, iugo liberabit eos Christus, et ex eis civitatem, id est, Ecclesiam, aedificabit, v. 18; ita Lyran. et Vatabl. Tertio, S. Hieron. per fracturam intelligit quoque plagas et persecutionem Ecclesiae primitivae, quam ipsa passa est à gentilibus imperatoribus per trecentos annos. Verum hic sensus non congruit huic loco; illa enim persecutio non fuit poena peccati fidelium, sed fuit gloria et incrementum Ecclesiae, quia tunc ipsa maxime per martyria crevit et floruit.

(Corn. à Lap.)

VERS. 15. — JUDICIUM TUUM, causam tuam. AD SANITATEM, vel ad medelam; sub. inveniendam; medicinae et curatio, etc., q. d. : Nullus est chirurgus qui indicare possit quo medicamine curari queat plaga tua. Hic multis modis describitur magnitudo plagarum Ecclesiae.

VERS. 14. — AMATORES TUI, id est, qui antea videbantur te amare. TE NON QUERENT : vel nec te visitant; non querunt quomodo valeas. INIMICI, id est, quam hostis hosti infligere solet, hoc est, lethali. CRUEDELIS, sub. hominis, quam infligere solent hostes et homines crudeles.

VERS. 15. — CONTRITIONE TUA; ob afflictionem tuam? q. d. : Non est quod conqueras; nam justè affligeris. DESPERATUS, doloris plenus, ut paulò ante, versu 12.

VERS. 16. — IN CAPTIVITATEM IENT; id est, peribunt igne aeterno (1).

VERS. 17. — ADJUCAM ENIM SANITATEM TIBI, admovebo medelam tibi. (Vid. inf. 53, 5.) ERECTAM, sub. domo, q. d. : Hostes tui compararunt te mulieri ejecta à domo viri; dixerunt te à Deo esse derelictam; nec eum veracem esse in suis promissionibus, quas non impleat; atque in hoc ledunt honorem Dei tui. SION ISTA, sub. dicentes : Sion, etc. (q. d. : Urbs haec tantopere olim celebris, nullum nunc habet habitatorem.)

VERS. 18. — REDUCO, etc. Exponit metaphorà quid vocarit medelam. Restitum Ecclesiam suo nitore et pristinae libertati. Jacob est Ecclesia universalis. Ha-

(1) OMNES QUI COMEDUNT TE, devorabuntur. Chaldaei, Assyrii, Aegyptii, Idumaei, caeterique, qui te afflixerunt osores tui atque oppressores, te è calamitatibus emergente, vorabuntur, in exitium ruent. Haec superiorum dictorum confirmatio est, Deum scilicet in extraneos voluntate sine inimicis durissime animadvertere, at in populum eâ quidem severitate uti, quam criminum natura et gravitas postulant, sed ita ut penitus non delect. Haec variis temporibus expleta luculentissime apparere. Assyrios, infestissimos Israelis et Jude tyrannos, Babilonios et Mediadeos oppressores, ut vel ipsam imperii illorum nomen perierit. Chaldaeorum regnum ita à Persis eversum est, ut nunquam emergerit. Aegyptios et Persas abolerit Alexander. Judaei gens, quae in exilio firmè extincta ac destructa videbatur, statim in lucem redit, suisque, ut ita dicam, è cineribus reparatur, ut in pristinum gloriam et opulentiam resitatur. Minas, quas hic legitimus, prophetae passim in cas gentes pronuntiat. (Calmet.)

CAPUT XXXI.

1. In tempore illo, dicit Dominus : Ero Deus universis cognationibus Israel, et ipsi erunt mihi in populum.

2. Haec dicit Dominus : Inventi gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio : vadet ad requiem suam Israel.

3. Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetuè dilexit te : ideò attraxi te, miserans.

4. Rursusquè adificabo te, et aedificaberis, virgo Israel : adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium.

bitacula seu tentoria, particulares Ecclesiae. Cumulus seu collis; dignitas Ecclesiae. SPECTACULUM EJUS, in colle suo, id est, in dignitate in qua prius erat. JUXTA DISPOSITIONEM. Ad verbum, secundum jus suum sedebit, id est, ut decet illud instauratum subsistet; hoc est, in dignitate in qua prius erat. Quidem verunt. In loco suo residibit. Alii : Et templum stabit more suo.

VERS. 19. — LUDENTIUM, vel, saltantium (1). (Vid. inf. 51 (2)).

VERS. 20. — EJUS, sub. Jacob, id est, Ecclesiae universalis. FIRMABITUR, id est, adero fidelibus. VISITABO, id est, puniam.

VERS. 21. — FORTIS. De Messia loquitur, qui secundum carnem erat de genere Israel. (Chald. Paraphrases : Et nutriet se rex eorum ex ipsis, et Messias eorum de medio eorum revelabit se. Quod videtur fusiis in Pugione fidei Martini, p. 504, et intelligitur interpretis tum veteres tum recentiores; qui de Zorobabele exponunt, ut Theodoretus, Grotius, Clericus, etc., hunc pro typo Christi habent, Calmet.) APPROPINQUA FACIAM EUM, vel invitabo eum ad me accedere. Qui dulcuerit, id est, quasi blanditiis et illecebris pellexit, sub. certè erit Christus filius meus charissimus qui implebit voluntatem meam, qui accedet ad me cum fiducia, et orabit pro mortalibus. (3)

VERS. 25. — EGRESSUS EST, etc., vel egredietur, et turbo impendens, etc. MANEBIT, residibit.

VERS. 24. — NON REVERTETUR, etc., id est, non stabit. IRAM FURORIS, dixit, pro irâ vehementi. STATUAT, impleverit. IN NOVISSIMO DIERUM (4). (Vid. Genes. 49, 1.) ISTUD, ad verbum, istam, sub. prophetiam.

(1) Non per dissolutionem, sed per devotionem, sicut dicebat David de seipso, 2 Regum 6 : Ludam ante Dominum. (Lyranus.)

(2) Sicut A PRINCIPIO, id est, multi : prosequitur enim illam sententiam praecedentis versûs : Multiplicabo eos. Sensus mysticus ad Ecclesiam commodissime transferitur. Jacob, Christus; duodecim ejus filii, unde infiniti posterii propagati, duodecim Apostoli, qui infinitam Christianorum multitudinem generaverunt : civitas supra montem aedificata, Ecclesia catholica omnibus conspicua, quae latere non potest. (Maldonatus.)

(3) VERS. 22. — ET ERITIS MIHI IN POPULUM, etc., vel, populus, etc., q. d. : Fœdus renovabitur inter Deum et populum. (Anglic. Annot.)

(4) Nempe tempore Messiae, et maxime sub fine mundi, intelligit ea quae jam dixi : ita Dionysius et Lyranus. (Tirinus.)

CHAPITRE XXXI.

1. En ce temps-là, dit le Seigneur, je serai le Dieu de toutes les familles d'Israël, et ils seront mon peuple.

2. Voici ce que dit le Seigneur : non peuple, qui avait échappé à l'épée, a trouvé grâce dans le désert, Israël ira à son repos.

3. Le Seigneur s'est fait voir à moi de loin. Je vous ai aimé d'un amour éternel; c'est pourquoi je vous ai attiré à moi par la compassion que j'ai eue de vous.

4. Je vous édifierai encore, et vous serez édifiés de nouveau, vierge d'Israël; vous paraitrez encore en pompe au son de vos tambours, et vous marcherez au milieu des joueurs d'instruments.

5. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariae : plantabunt plantantes, et donec tempus veniat, non vindemiabunt :

6. Quia erit dies, in quâ clamabunt custodes in monte Ephraim : Surgite, et ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum.

7. Quia hæc dicit Dominus : Exsultate in lætitiâ, Jacob, et hincite contra caput gentium : personate et canite, et dicite : Salva, Domine, populum tuum, reliquias Israël :

8. Ecce ego adducam eos de terrâ aquilonis, et congregabo eos ab extremis terræ : inter quos erunt cæcæ et claudus, prægnans et pariens simul, cæcus magnus revertentium hinc.

9. In fletu venient, et in misericordiâ reducam eos : et adducam eos per torrentes aquarum in viâ rectâ, et non impingent in eâ, quia factus sum Israël pater, et Ephraim primogenitus meus est.

10. Audite verbum Domini, gentes, et annuntiate in insulis que procul sunt, et dicite : Qui dispersit Israël, congregabit eum, et custodiet eum sicut pastor gregem suum.

11. Redemit enim Dominus Jacob, et liberavit eum de manu potentioris.

12. Et venient, et laudabunt in monte Sion : et confitentur ad bona Domini, super frumento, et vino, et oleo, et fœtu pecorum et armentorum ; critique animæ eorum quasi hortus irriguus, et ultra non esurient.

13. Tunc lætabitur virgo in choro, juvenes et senes simul : et convertent lætum eorum in gaudium, et consolabor eos, et lætificabo à dolore suo.

14. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine : et populus meus bonus meis adimplebitur, ait Dominus.

15. Hæc dicit Dominus : Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, et fletus, Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt.

16. Hæc dicit Dominus : Quiescat vox tua à ploratu, et oculi tui à lacrymis : quia est merces operi tuo, ait Dominus : et revertentur de terrâ inimici.

17. Et est spes novissimis tuis, ait Dominus : et revertentur filii ad terminos suos.

18. Audiens audivi Ephraim transmigrantem : Castigasti me, et eruditus sum, quasi juvenculus indomitus : converte me, et convertar : quia tu Dominus Deus meus ;

19. Postquam enim convertisti me, egi penitentiam : et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

20. Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus : quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor ejus. Ideirò conturbata sunt viscera mea super eum : miserans miserebor ejus, ait Dominus.

21. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines : dirige cor tuum in viam rectam, in quâ ambulasti : revertere, virgo Israël, revertere ad civitates tuas istas.

5. Vous planterez encore des vignes sur les montagnes de Samarie ; et ceux qui les planteront n'en recueilleront point le fruit jusqu'à ce que le temps en soit venu :

6. Car il viendra un jour où les gardes crient sur la montagne d'Ephraïm : Levez-vous ; montons en Sion, en la maison du Seigneur notre Dieu ;

7. Car voici ce que dit le Seigneur : Jacob, tressaillez de joie, faites retentir des cris d'allégresse à la tête des nations, faites grand bruit ; chantez des cantiques, et dites : Seigneur, sauvez votre peuple, sauvez les restes d'Israël.

8. Je les ramènerai de la terre d'aquilon ; je les rassemblerai des extrémités du monde ; l'aveugle et le boiteux, la femme grosse et la femme qui enfante seront parmi eux mêlés ensemble, et reviendront ici en grande foule.

9. Ils reviendront en pleurant de joie, et je les ramènerai dans ma miséricorde ; je les ferai passer au travers des torrents d'eau par un chemin droit où ils ne feront aucun faux pas, parce que je suis devenu le père d'Israël, et qu'Ephraïm est mon premier né.

10. Nations, écoutez la parole du Seigneur ; annoncez ceci aux îles les plus reculées, et dites-leur : Celui qui a dispersé Israël le rassemblera, et il le gardera comme un pasteur garde son troupeau.

11. Car le Seigneur a racheté Jacob, et il l'a délivré d'un ennemi plus puissant que lui.

12. Et ils viendront, et ils loueront Dieu sur la montagne de Sion ; ils accourront en foule pour louer des bienfaits du Seigneur, du froment, du vin, de l'huile, et du fruit des montons et des bœufs ; leur âme deviendra comme un jardin qui est toujours arrosé d'eaux ; et ils ne souffriront plus de faim.

13. Alors les vierges se réuniront en dansant ; et les jeunes hommes mêlés avec les vieillards se livreront à la joie ; je changerai leurs pleurs en chants de réjouissance ; je les consolerais ; et après leur douleur je les remplirai de joie.

14. J'enivrerai et j'engraissierai l'âme des prêtres, et mon peuple sera tout rempli de mes biens, dit le Seigneur.

15. Voici ce que dit le Seigneur : Un grand bruit s'est élevé en haut ; on y a entendu des cris mêlés de plaintes et des sursis de Rachel, qui pleure ses enfants, et qui ne veut point recevoir de consolation, parce qu'ils ne sont plus.

16. Voici ce que dit le Seigneur : Que votre bouche étouffe ses plaintes, et que vos yeux cessent de verser des larmes, parce que vos travaux auront leur récompense, dit le Seigneur, et vos enfants retourneront de la terre de l'ennemi.

17. Vos espérances enfin seront accomplies, dit le Seigneur, et vos enfants retourneront en leur pays.

18. J'ai entendu Ephraïm, lorsqu'on le transférât à Babylone : Vous m'avez châtié, et j'ai été instruit par mes maux, comme on soumet par les coups un jeune taureau indompté. Convertissez-moi, et je me convertirai à vous, parce que vous êtes le Seigneur mon Dieu ;

19. Car, après que vous m'avez converti, j'ai fait pénitence, et, après que vous m'avez ouvert les yeux, j'ai frappé ma cuisse ; j'ai été confus, et j'ai rougi de honte, parce que l'opprobre de ma jeunesse est tombé sur moi.

20. Ephraïm n'est-il pas mon fils, que j'ai honoré, et un enfant que j'ai élevé avec tendresse ? Ainsi, quoique j'aie parlé contre lui auparavant, je me souviendrai néanmoins encore de lui. C'est pourquoi mes entrailles sont émus de pitié où il est ; j'aurai pitié de lui, et je lui ferai miséricorde, dit le Seigneur.

21. Faites-vous un miroir pour placer une sentinelle ; abandonnez-vous à l'amertume ; redressez votre cœur, et remettez-le dans la voie droite dans laquelle vous avez marché. Retournez, vierge d'Israël, retournez à vos mêmes villes où vous habitiez autrefois.

22. Usquequò delicis dissolveris, filia vaga, quia creavit Dominus novum super terram : FEMINA CIRCUMDARI VIREM.

23. Hæc dicit Dominus exercitum Deus Israël : Adhuc dicent verbum istud in terrâ Juda, et in urbibus ejus, cum converterto captivitatem eorum : Benedicat tibi Dominus, pulchritudo justitiæ, mons sanctus :

24. Et habitabunt in eo Juda et omnes civitates ejus simul, agricolæ et mimantes greges.

25. Quia inebriavi animam lassam, et omnem animam esurientem saturavi.

26. Ideò quasi de somno suscitavi sum : et vidi, et somnus meus dulcis mihi.

27. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : et seminabo domum Israël et domum Juda semine hominum, et semine jumentorum.

28. Et sicut vigilavi super eos ut evellerem, et demolirer, et dissiparem, et disperderem, et affigerem : sic vigilabo super eos ut ædificem et plantem, ait Dominus.

29. In diebus illis non dicent ultra : Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt.

30. Sed unusquisque in iniquitate sua morietur : omnis homo qui comederit uvam acerbam, obstupescet dentes ejus.

31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : et feriam domum Israël et domum Juda fœtus novum :

32. Non secundùm pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die quâ apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terrâ Egypti : pactum quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus.

33. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus : Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam : et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum.

34. Et non decebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum : omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus : quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius.

35. Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diè, ordinem lunæ et stellarum in lumine noctis : qui turbat mare, et sonant fluctus ejus : Dominus exercituum nomen illi.

36. Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus, tunc et semen Israël deficiet, ut non sit gens eorum me cunctis diebus.

37. Hæc dicit Dominus : Si mensurari poterint cæli sursum, et investigari fundamenta terræ deorsum : et ego abjiciam universum semen Israël, propterea omnia que fecerunt, dicit Dominus.

38. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : et ædificabitur civitas Domino, à turri Hananeel usque ad portam anguli.

39. Et exhibit ultra norma mensuræ in conspectu ejus super collem Gareb : et circumbit Goatha,

22. Jusqu'à quand serez-vous dans la dissolution et dans les délices, fille vagabonde ? Car le Seigneur a créé sur la terre un nouveau prodige : UNE FEMME ENVIRONNERA UN HOMME.

23. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Ils diront encore cette parole dans la terre de Juda et dans ses villes, lorsque j'aurai fait revenir leurs captifs : Que le Seigneur vous bénisse, ô Jérusalem, vous qui êtes la beauté de la justice, la montagne sainte.

24. Et Juda et toutes ses villes y habitent ensemble ; les labourers et ceux qui conduisent les troupeaux ;

25. Car j'ai enivré l'âme qui était languissante de soif, et j'ai rassasié celle qui souffrait la faim.

26. Sur cela, je me suis comme réveillé de mon sommeil ; j'ai ouvert les yeux et mon sommeil m'a été doux.

27. Le temps vient, dit le Seigneur, où je semerai la maison d'Israël et la maison de Juda, et je la peuplerai d'hommes et de bêtes.

28. Comme je me suis appliqué à les arracher, à les détruire, à les dissiper, à les perdre et à les affliger, ainsi je m'appliquerai à les édifier et à les planter, dit le Seigneur.

29. En ce temps-là on ne dira plus : Les pères ont mangé les raisins verts, et les dents des enfants en ont été agacées.

30. Mais chacun mourra dans son iniquité ; et si quelqu'un mange des raisins verts, c'est lui qui en aura les dents agacées.

31. Le temps vient, dit le Seigneur, dans lequel je ferai une nouvelle alliance avec la maison d'Israël et la maison de Juda ;

32. Non selon l'alliance que je fis avec leurs pères au jour où je les pris par la main pour les faire sortir de l'Égypte parce qu'ils ont violé cette alliance : c'est pourquoi je leur ai fait sentir mon pouvoir, dit le Seigneur.

33. Mais voici l'alliance que je ferai avec la maison d'Israël après que ce temps-là sera venu, dit le Seigneur : J'imprimerai ma loi dans leurs entrailles, et je l'écrirai dans leur cœur ; et je serai leur Dieu, et eux ils seront mon peuple.

34. Et nul d'eux n'aura plus besoin d'enseigner son prochain et son frère, en disant : Connaissez le Seigneur, parce que tous me connaîtront depuis le plus petit jusqu'au plus grand, dit le Seigneur ; car je leur pardonnerai leur iniquité, et je ne me souviendrai plus de leurs péchés.

35. Voici ce que dit le Seigneur, qui fait lever le soleil pour être la lumière du jour, et qui règle le cours de la lune et des étoiles pour être la lumière de la nuit, qui agite la mer, et qui fait retentir le bruit de ses flots : son nom est le Seigneur des armées.

36. Si ces lois peuvent cesser devant moi, dit le Seigneur, alors la race d'Israël cessera d'être mon peuple pour toujours.

37. Voici ce que dit le Seigneur : Si l'on peut mesurer le haut des cieux et sonder la terre jusqu'au plus profond de ses fondements, alors j'abandonnerai toute la race d'Israël, à cause de tout ce qu'ils ont fait contre moi, dit le Seigneur.

38. Le temps vient, dit le Seigneur, où cette ville sera rebâtie pour le Seigneur, depuis la tour d'Hananeel jusqu'à la porte de l'angle.

39. Et le cordeau sera porté encore plus loin à sa vue jusque sur la colline de Gareb ; et il tournera autour de Goatha,

40. Et omnem vallem cadaverum, et cineris, et universam regionem mortis, usque ad torrentem Cedron, et usque ad angulum porte eorum orientalis, sanctum Domini: non evellatur, et non destruetur ultra in perpetuum.

40. Et de toute la vallée des corps morts et des cendres, et de toute la région de mort jusqu'au torrent de Cedron, et jusqu'à l'angle de la porte des chevaux qui regarde l'orient. Tout ce lieu sera saint au Seigneur; on n'en renversera plus le fondement, et il ne sera jamais détruit.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. In tempore illo, dixit Dominus: Ero in Deum universis cognationibus Israel, et ipsi erunt mihi in populum. — 2. Sic dixit Dominus: Invenit gratiam in deserto populus, evasores gladii; ixit *Deus ante eum* ut requiescere faceret eum, nempe Israel. — 3. A longo tempore, inquit *populus*, Dominus apparuit mihi. *Et Dominus ait*: Charitate perpetuâ dilexi te, ideò attraxi te misericordiâ. — 4. Adhuc aedificabo te, et aedificaberis virgo Israel; adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium. — 5. Adhuc plantabis vineas in montibus Samon; plantabunt plantantes, et profanabunt: — 6. Quia erit dies in quâ clamabunt custodes in monte Ephraim: Surgite et ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum. — 7. Sic enim dixit Dominus: Exultate in Isaac lætitiâ, et exultate in capite gentium; audium facere, laudate, et dicite: Salvum fac, Domine, populum tuum, residuum Israel. — 8. Ecce reducam eos de terra Aquilonis, et congregabo eos de lateribus terræ; inter eos erunt cæcus et claudus, et prægnans et pariens simul, cæcus magnus revertentur hæc. — 9. Cum fetu venient; et cum misericordiâ reducam eos; ambulare faciam eos ad torrentes aquarum in viâ rectâ, non impingent in eâ; quia ero Israeli in patrem, et Ephraim primogenitus meus erit. — 10. Audite verbum Domini, gentes, et annuntiate in insulis quæ preent sunt, et dicite: Qui dispersit Israel, congregabit eum; et custodiet eum sicut pastor gregem suum. — 11. Redemit enim Dominus Isaac, et redemit eum de manu fortiorum eo. — 12. Et venient, et laudabunt in excelsis Sion; et confluent ad bonitatem Domini super frumentum, et ad vinum, et ad oleum, et ad filios pecorum et boum; erique anima eorum quasi hortus irriguus, et non addent ut delectantur. — 13. Tunc lætabitur virgo in choro, juvenes et senes simul; et convertent luctum eorum in gaudium, et consolabor eos, et lætificabo eos à dolore suo. — 14. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine; et populus meus bonitate meâ saturabuntur, dixit Dominus. — 15. Sic dixit Dominus: Vox in excelsis colle audita est, ploratis, fletus amaritudinis Rachel plorans super filios suos, renuit consolari super filios suos, quia non sunt. — 16. Sic dixit Dominus: Prohibe vocem tuam à fletu, et oculos tuos à lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus; et revertetur de terrâ inimici. — 17. Et est spes novissimo tuo, ait Dominus; et revertetur filii ad terminum suum. — 18. Audiendo audivi Ephraim plangentem: Castigasti me, et castigatus sum, in vitulus non assuetus *ferre jugum*: fac me converti, et convertar: quia tu es Dominus Deus meus. — 19. Postquam enim conversus sum, penituit me: et postquam ostensum est mihi, percussi fenur. Confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie mee. — 20. Numquid filius pretiosus est mihi Ephraim? numquid puer delectabilis? quia *ex eo tempore* quo locutus sum cum eo, recordando recordabor ejus adhuc. Idcirco sonuerunt viscera mea propter eum, miserans miserere ejus, ait Dominus. — 21. Statue tibi signa, pone tibi cumulos altos: pone cor tuum ad semitam, viam, per quam ambulasti: revertere virgo Israel, revertere ad civitates tuas istas. — 22. Usquequò vertes te hæc illuc, ô filia rebellis? quia creavit Dominus novum in terrâ: femina circumdabit virum. — 23. Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in terrâ Iehudah, et in urbibus ejus, cum convertero captivitatem eorum: Benedicti tibi Domine habitaculum justitiæ, mons sancte: — 21. Et habitabunt in ea Iehudah, et omnes civitates ejus simul: agricola et proficentior gregatim. — 25. Quia inebriare feci animam lassam, et omnem animam tristem implevi. — 26. Propter hoc expegefactus sum: et vidi, et somnus meus dulcis fuit mihi. — 27. Ecce dies veniunt, dixit Dominus: et seminabo domum Israel et donum Iehudah semine hominis, et semine animalis. — 28. Et erit quemadmodum sollicitus fui super eos ad aedificandum, et diruendum, et excutiendum, et perdendum, et malefaciendum: sic sollicitus ero super eos ad aedificandum, et plantandum, dixit Dominus. — 29. In diebus illis non dicent ultra: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt. — 30. Sed unusquisque propter iniquitatem suam morietur: omnis hominis, qui comederit uvam acerbam, obstupescet dentes. — 31. Ecce dies veniunt, dixit Dominus: et feriam cum domo Israel et cum domo Iehudah fœdus novum. — 32. Non secundum fœdus quod pepigi cum patribus eorum in die, quâ apprehendi manum eorum, ut educerem eos è terrâ Ægypti: quia ipsi irritum fecerunt pactum meum, et ego dominatus sum eis, dixit Dominus. — 33. Sed hoc erit fœdus quod feriam cum domo Israel: post dies ipsos dixit Dominus: Dabo legem meam in medio eorum, et in corde eorum scribam eam: et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. — 34. Et non docebunt ultra unusquisque proximum suum, et unusquisque fratrem suum, dicendo: Cognoscite Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum eorum, dixit Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non recordabor amplius. — 35. Sic dixit Dominus, qui dedit solem in lucem diei, statuta lune et stellarum in lucem noctis: qui rupit mare, et sonnerunt fluctus ejus, Dominus exercituum nomen ejus. — 36. Si moveri possent statuta ista à facie meâ, dixit Dominus: etiam semen Israel amoveri poterit, ut non sit gens eorum me cunctis diebus. — 37. Sic dixit Dominus: Si mensurari possint cœli sursum, et investigari fundamenta terræ deorsum: etiam ego abjiciam omne semen Israel propter omnia, quæ

fecerunt, dixit Dominus. — 38. Ecce dies veniunt, dixit Dominus: et aedificabitur civitas Domino à turre Chananel usque ad portam anguli. — 39. Et exhibit ultra filium mensura ante ipsam super collem Gareb: et circumcubit Goath. — 40. Et omnem vallem cadaverum, et cineris, et universas regiones usque ad torrentem Cedron, usque ad angulum porte eorum ad Orientem, sanctitas Domino erunt: non evellatur, nec destruetur ultra in seculum.

COMMENTARIUM.

Vers. (1) 2. — EVASORES GLADI, sub. Ægyptiorum,

id est, quos eripuit de manibus Ægyptiorum. Ivrr, ad

(1) Falluntur Judæi moderni, qui hoc caput et præcedens ac similia, ut Isaiæ, c. 54, Amos, c. 9, Zachariæ, c. 14, ubi promittitur Judæis reditus à captivitate, ac felicitas et abundantia rerum temporalium, ad litteram crasse ut sonant, accipiunt, quasi ea spectent ipsos et presentem captivitatem, à quâ liberandi sint per suum Messiam, quem jam per 1600 annos inani spe expectant, et expectabunt usque ad finem mundi.

Nam primò propheta loquuntur de captivitate illis præsentis, puta Babylonica, quam solvit Cyrus et Zorobabel, non de Ikonanâ per Titum, quæ nunquam soluta est, nec solvenda; imò hoc capite Jeremias agit de captivitate Assyrica; quam ad litteram nunquam solutam nec solvendam esse constat: ergo de mysticâ ejusdem solitione loquitur, quam fecit Christus.

Secundò, perennem fore hanc Romanam eorum captivitatem docet Daniel, c. 9, v. 27, ubi idipsum multis confirmavi.

Tertio, quia Messiam jam venisse, ac proinde frustra alium jam venturum à Judæis expectari, patet ex prophetâ Jacob, Genes. 49, 10, de Messia venturo mox ut deliceret sceptrum de Judâ, quæ jam in Christo impleta est. Vide ibi dicta, et ex Dan. 9, v. 25, et ex Isaiæ 53, ubi passio et mors Christi nostri planè eodem modo non facta narratur ab Evangelistis aliisque historicis, futura mysticè.

Quarto, quia mysticè, non crasse ad litteram, ut sonant, promissa hæc de solutione et reductione captivitatis, accipienda esse, patet 1^o, quia illud v. 15: *Vox in excelsis audita est, etc., Rachel plorantis filios suos*, ad infanticidium Herodis in odium Christi, pertinere docet S. Matth., c. 2, 18, ipseque rei eventus. 2^o Illud v. 22: *Femina circumdabit virum*, non nisi ad B. Virginem Christum concipientem referri potest. 3^o Illud v. 31: *Feriam domum Israel et domum Juda fœdus novum*, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die quâ apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terrâ Ægypti; planè significat vetus pactum cum Mose et Judæis initum, datâ lege in Sinâ, cum ex Ægypto à Deo educti sunt, antiquandum et abrogandum esse, eique subrogandum novum fœdus à Christo insituendum et sancendum, uti urget et explicat Apostolus, Hebr. 8. Illud enim vetus fuit carnale, hoc novum est spirituale. Unde de eo ait v. 35: *Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam. Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens: Cognoscite Dominum; omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum; quia propitiabor iniquitati eorum.* Quæ omnia per Christum sancientem novum fœdus in sanguine suo, quo propitiavit Deum pro peccatis nostris, qui et clarum dedit suis cognitionem Dei et S. Trinitatis, adimpleta esse, nec ulli alteri competere posse, luce clarior est.

Quintò, quia hoc fœdus à Christo sancendum cum gentibus, et ad gentes hanc Messia redemptionem spectare, eamque fore spiritalem, scilicet à dæmone, peccato et inferno, docent propheta, ut Isaiæ, c. 55, 4. *Ecce testem populus dedit eum (Messiam) dicens: ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis, et gentes quæ te non cognoverunt, ad te current;* et c. 60, 5: *Annubuntur gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, ô Jerusalem, id est, ô Ecclesia Christi; cap. 49, 6: *Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et**

foces Israel convertendas (imò, v. 5, clarè dixit: *Israel non congregabitur*). *Ecce, dedit te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ; et v. 12: *Ecce isti de longè veniunt, et ecce ille ab aquilone et mari, et isti de terrâ australi.* Vide v. 22 et sequentes. Et c. 45, v. 5 et 6, et c. 42, v. 4 et 6: *Dedi, ait, te in fœdus populi, in lucem gentium; et c. 2, 2: *Erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montis, et elevabitur super colles; et fluent ad eum omnes gentes; et ibunt populi multi, et dicent: Venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus.* Psal. 72, 8: *Postula à me, et dabo tibi gentes hæc civitatem tuam, etc.***

Sextò, Judæos à Christo ob infidelitatem ab hoc federe, ejusque bonis repellendos, et excedendos esse clarè prædicit Isaias c. 6, 10: *Ecce cor populi hujus, et aures ejus aggravæ, et oculos claudet, ne forte videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et sanem eum; et c. 50, 1: *Quis est hic filius bellus repudiæ matris vestræ quo dimisi eum? etc.: ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Quia veni, et non erat vir; vocati, et non erat qui audiret.* Osee 1, 6: *Voca nomen ejus: Absque misericordiâ, quia non addam ultra misereri domui Israel, sed oblivione obliviscar eorum;* et v. 9: *Voca nomen ejus: Non populus meus, et ego non ero vester Deus; et v. 10: *Et erit in loco* (Gentilium) *ubi dicitur eis: Non populus meus; dicat eis: Filii Dei viventes; et sepe alibi.* Ergo hæc omnia promissa de Messia, de federe novo, de solvenda captivitate, dæmonis scilicet et peccati, gentes potius spectant quam Judæos: pauci enim Judæi ad Christum conversi hæc bona à Deo acceperunt, sed omnes viventes in fine mundi, cum ad Christum convertentur. Vide Rom. 9 et seq.**

Septimò, ad hominem, Judæi pertinaciter urgent litteram; urgeamus eandem et nos, eisque urgeamus: Jeremias, hoc c. 51, tantum nominat et allocuitur Israel, Ephraim et Samariam, id est, decem tribus quæ abductæ sunt in Assyrios, eisque promittit liberationem; ergo hæc non spectant ad duas tribus, id est, ad Judæos modernos, sed ad Samaritas et ad præsum regnum Israel, quod à Judâ sub Roboam divisum et dissectum est.

Octavò, fœdus novum quod hic per Messiam sancientium promittitur, est lex nova, uti explicant veteres Rabbinii apud Galilæum l. 10, c. 10; nam ipsi in libro Mechilta, explicantes illud Exodi 12: *Decimâ die mensis hujus, dicitur: Non est *Yôr berit*, id est, fœdus vel pactum nisi lex, sicut dictum est Deut. 29, 1: *Hæc sunt verba fœderis* (id est, legis; hanc enim in Deuteronomio pronulgat Moses) *quod præcepit Dominus Moysi, ut ferret cum filiis Israel in terrâ Moab, propter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb.* Idem Exodi 54, 28: *Et scripsit in tabulis verba fœderis decem; fœderis, id est, legis; lex enim erit conditio fœderis; unde et fœdus hoc per legem explicat, dicit subditi: *Dabo legem meam in visceribus eorum.* Si lex nova danda erat per Messiam, ergo vetus ad Mosaicam per eundem erat abroganda, purificationem et abrogationem circumcisio, sacrificia, furcationes, cremorie, aliæque carnalia præcepta lege veteri præscripta, hoc est, ipse judicatus, ac in spiritualia, v. g. in circumcissionem mentis et spiritus, in mortificationem passionum, in purum castumque Dei cultum in spiritu et**

verbum, *ire*. Deus procedebat Israel em interitum per nubem, et nocte per columnam ignis, donec perduceret eum ad locum quietis.

VERS. 5. — A LONGO tempore, vel. *olim*. Dialogus Synagoga et Dei: Olim favit mihi Dominus, sed nunc videtur me deseruisse. CHARITATE, vel respondet Deus: Non te deserui, sed eodem te quo olim, prosequor amore, etsi affligeris. ATTRAXI TE MISERICORDIA, id est, usus sum misericordiâ erga te; nec volui te perdere, sed corrumpere solum; vel, attraxi tibi misericordiam.

VERS. 4. — TYPANIS (des tambours de basque, Cleoricus.) LUDENTIUM, vel saltantium, id est, adhuc signa lætitia edes (1).

veritate, id est, in christianismum, commutaretur. Hoc est enim quod promittit Deus: *Dabo legem meam; non in corpore, sed in visceribus eorum: et in corde, non in carne, eorum scribam eam.*

Nota: Cap. præced. maximè egit de Ecclesiâ ex Judæis congregandâ in fine mundi, quia hic locus est de duabus tribubus, earumque peccatis, desolatione et liberatione per Christum; pauci autem ex illis converterentur ante finem mundi. Hoc verò cap. loquitur de decem tribubus et Samarâ, ubi statim post Christum floruit Ecclesia, de qua ipso novo federe, quod Deus per incarnationem Christi nobiscum inivit. Itaque hoc cap. loquitur de primordiis Ecclesie Christi, quæ statim se sparsit per Ephraim, id est, per Samariam, ibique avide recepta, mirè propagata est, ut patet Act. 8.

Ubi nota secundò, rectè dicere Jeremiam et prophetas, quod Sin, Jerusalem, Ephraim, Samaria, etc., reducta sint, relecta, restaurata et reedificata per Christum, quia Christus veterem Ecclesiam (quæ erat in Judæâ et Samarâ) labantem, per novam quam ei substituit, restituit et restauravit, imò ad nobilitatem statum et dignitatem evehit; quando ex Israele, Judâ et Ephraim terreno et carnali fecit Israel, Judam et Ephraim cœlestem, spiritalem et divinum; itaque prophetae oppositè suos cives, et sui temporis homines quos alloquuntur, consolantur, promittendo scilicet eis hæc bona et dona Christi. Vide can. 6.

IN TEMPORE ILLI. Hæc verba primò versis, ad caput præcedens refert S. Hieron., Lyran., Hugo, et alii; eoque pertinent. (Corn. à Lap.)

IN TEMPORE ILLI, id est, novissimo, cap. præced., v. ult. Id quod ostendit hoc caput cum præced. unam prophetiam sive concionem constituere; cum Jacobum reduxero. EGO DEUS, in Deum, id est, Index justus. Synopsis. Verùm non justitia Dei hic indicatur, sed gratia, etc. Vid. Gen. 17, 7; Matth. 22, 52; Apoc. 21, 3. Et rectè dixit Benensis: Non est major promissio quam hæc: *Ego ero in Deum.* (Calovius.) UNIVERSIS COGNATIONIBUS (id est, tribubus) Israel, non modo tribus, sed et decem tribus, Synopsis. Vel, hoc ad duas tribus restringi potest; cum universalia signa accommodata ad rem subjectam sint explicanda. Pleuratum hujus capitis, tum de statu Judæorum post relictum et Babylone historice, tum de Christi tempore allegorice, accipio. Quædam de Ecclesiâ historice accipienda videntur. (Sanctius.)

(1) REUSQUE EDIFICABO TE. Quod exponens rabbi Salomon dicit quod edificationes civitatis Jerusalem et templi per Salomonem, Zorobabel et Neemiam, idèo fuerunt facta per hominem; et in hoc dicit verum, sed quod subdit est falsum, scilicet quod in adventu Messie, quem Judæi expectant, Deus edificabit Jerusalem novam, quasi incomparabiliter nobilitatem, quam fuerit præcedens, in qua Messias temporarier regnabit, et omnes gentes erunt subditi domino Judæorum; sed quod de falso dicit implendum, jam est impletum, quia Christus verus Deus edificavit Ecclē-

VERS. 5. — PLANTABIS, etc., id est, doctrinâ evangelicâ multos alios instruit. SOMON; Samaritanam pro universâ terrâ posuit. MEMINIT autem montium quos vites amare dicuntur. PLANTANTES, plantatores. Apostolos et alios concionatores intelligit. ET PROFANABUNT, sub. non quino. Fructus, tribu prioribus annis à plantatione arborum, immundi erant, nec eis vesci licebat; quarto anno consecrabantur Domino; quinto verò anno profanabantur, id est, communes fiebant, sive illis vesci licebat, Levit. 19, 25 (et Deut. 20, 6), q. d.: Fruentur suis laboribus postquam instruxerint externos, et viderint fructum novæ Ecclesie; lætiam capient, cum viderint suos in fide proficisse.

VERS. 6. — EPHRAIM. Per Ephraim, decem tribus, sive totus Israel intelligitur. (Vid. Psal. 68, 16.) Q. d.: Futurum est ut episcopi et concionatores dicit hortando populum auditorem Evangelii: *Agite adomus Ecclesiam, ut illic Deum et Filium ejus adoremus et colamus* (1).

VERS. 7. — IN JACOB, יַעֲקֹב Quid am ordinem dictionum scribunt esse inversum, et legunt: *Dixit Dominus ipsi Jacob.* Aut 7 pro 2 positum; *Sublitate lætitiâ in Jacob*, id est, edite vocem testem lætitiæ. (Vet. terim ergo simpliciter: *Clamate ad Jacob, lætitiâ zœn gaudium; vel saltem, propter Jacob, ut sèpè aliâ.)* EXULTATE, vel: *hincite. Hincite*, pro clarâ et lætâ voce cantare, sive vociferari. IN CAPITE GENTIUM, id est, in turbâ præcipuâ, in medio gentium, q. d.: Edificetiam, quæ Jerusalem dicitur, Isa. 2, et ad Hebr. 12, et Apoc. 21: *Vidi civitatem vocatam Jerusalem, etc., in qua regnat Christus, cujus regnum stabilis in æternum.*

ET EDIFICABERIS, VIRO ISRAEL, id est, plebs fidelium, quæ Israel nominatur, Isa. 44: *Et nomen Israel prænominebitur*, sic est in Hebræo; sed translatio nostra habet: *Assimilabitur.*

ADHUC ORNABERIS TYPANIS TUIS, quia ad litteram in Ecclesiâ conveniunt fideles ad sonitum campanarum ad Deum laudandum; idèo subditur:

ET CONVERBERIS IN CHORO LUDENTIUM, non dissolutè, sed devotè, sicut cum unus chorus cantat alteriter contra alium. (Lyranus.)

(1) QUIA ERIT DIES, tempus, quod clamabant custodes, sacerdotes et doctores Apostoli, ut Isa. 62, 6: *Super muros tuos, Jerusalem constitui custodes; totâ die, et totâ nocte in perpetuum non tacebunt.* Qui alio nomine, ut ait R. David, speculatores vocati solent Isa. 56, 6; Ezech. 5, 47, et 55, 2, 6, 7. IN MONTE EPHRAIM, id est, in monte Samariæ, de quo ante dixerat versu 5: *Adhuc plantabis vineas in monte samariæ.* Per Ephraim decem tribus intelligit, quæ in monte Samariæ solebant adorare, Joan. 4, 20. Caput enim Ephraim Samaria, Isa. 7, 9. Quidam codices habent: In monte Samariæ; alii: in monte Samariæ et Ephraim; quod utrumque viduum est. Nam neque apud Sept., neque apud Hebræos, neque apud Chald., neque apud Hieron., neque in veteribus libris legitur. In Six, id est, in Ecclesiâ eatholicâ, quæ frequenter Sion appellatur, ut Psal. 2, 6: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus;* et Isa. 28, 16: *Eccc ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamentum fundatum, id est, Christum. Similis sententia Isa. 2, 2, 5: *Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, et dicent: Venite et ascendamus ad montem Domini.* Vide Mich., cap. 4, 2, et Zach. cap. 8, 20, 21, 22, 23. (Maldonatus.)*

vocem testem interni gaudii inter gentes; nam eas vocavit Christus ad salutem; non enim tantum salus ad Israel em pertinebat.

VERS. 8. — ECCE. Respondet Deus orationi pro salute fidelium. REDUCAM, etc., id est, servabo eas ab infidelitate. CÆCIS, etc., q. d.: Omnia hominum genera in regno Christi locum sunt habitura. *Revertetur, dicit, ut intelligamus eos ad populum Dei convertendos per Christum, qui ab illo abducti fuerant à Satana.* (Sensus est, tam placidè in patriam revertentes, in itinere suo processuros, ut etiam cæci, claudi, prægnantes et parturientes, licet lento gradu incedant, commodè tamen sequi possint, inquit Kimhi apud Hulsium p. 168. Caterina vid. Isa. 35, 2.)

VERS. 9. — CUM FLEU, id est, flentes, præ gaudio scilicet. CUM MISERICORDIIS, id est, clementissimè. AD TORRENTES AQUARUM. (Vid. Ps. 84, 7, et Isa. 41, 18.) PRIMOGENITUS MEUS ERIT, id est, eo amore illum prosequor, quo pater aliquis primogenitum suum (1).

VERS. 11. — DOMINUS, Christus hic dicitur Dominus; est enim consubstantialis Patri. Sunt autem præterita pro futuris. REDEMPTI, liberabuntur.

VERS. 12. — IN EXCELSO, id est, in colle. AD BOXITATEM, id est, ad bona. SUPER FRUMENTUM, etc., vel ad frumentum. Per hæc dona Dei externa, dotes spirituales intelligi debent quibus afficiendi sunt fideles sub Christo. ET NON ADDEBT. (Vid. Isa. 47, 1.)

VERS. 14. — INEBRIABO, irrigabo. PINGUEDINE, Alludit hic ad oblationes pingues, quarum portio aliqua perveniebat ad sacerdotes, pinguedinem igitur vocat dona spiritualia optima.

VERS. 15. — AMARITUDINEM, id est, amarum. Hebraismus. (Vid. Ps. 68, 10.) NON SUNT, vel, quia non est, id est, ne unus quidem superest. Ille obiter prædicit quod tempore veræ liberationis, cujus figura erat liberatio Babylonica, futura erat cedes illa infantium Bethlehemiticum insitenda ab Herode rege Judææ: ut vel hæc viâ Christum adhuc infantem de medio adhuc tollere posset. Rachel, per metonymiam (id est, contentoposito pro continente) usurpatur hic pro agro Bethlehemitico, in quo illa edito Benoni seu Benjamin, sepulta fuit. Genes. 55. Hebræi intelligunt per Rachel, congregationem matronarum Judæorum, quæ cum abducerentur filii earum Babylonem, plurimum luxerunt. Rachel enim peperit ipsi Jacob Benjamin; unde per Rachel, cætas matronarum regni Juda et Benjamin intelligi debet; q. d.: Congregatio matronarum Juda conscendet loca edita regionis, ut illic loquat, et longius exandiat: luceat, inquam, liberos

(1) VERS. — 6. — ANNUNTIATE IN INSULIS, etc., id est, in regionibus transmarinis. Ostendit hanc liberationem insignem fore, et omnibus populis celebrandam. QUI DISPERSIT, etc. Argumentum à contrariis. Potest Deus sanare plagas quas ipse inflixit. Simul tamen exhortatio est, ut sentiant se justas penas dedisse; et monitum quod poenitentia debet ordine precedere, ut possent oblatam amplecti salutem (Calvinus). CUSTODITE, etc. Non modò colligit, sed et conservabit (Anglicanæ annotationes). Liberatio hæc non erit evanida, sed initium continue salutis usque ad finem. (Calvinus.)

snos, dum abducentur captivi Babylonem. Tribuitur hic luctus mulieribus, quia femine non tam sollicitè abducentur captivæ, quam mares. Secundùm Hebræos igitur, hic prædicitur luctus captivitatis Babylonicæ, cuius consolationem versus sequens continet. Hæc prophetia intelligi potest de duplici luctu, id est, de luctu omnium matronarum Juda, vel de luctu matronarum Bethlehem, ut Rachel cætam mulierum regni Juda significet, quia mater Benjamin, aut cætam mulierum Bethlehem, quia in agro Bethlehem fuit sepulta. Matthæus cap. 2, ad cædem infantium retulit hanc prophetiam. Certè non videtur absurdum ut hic locus duabus rebus accomodetur cum ille: *Ex Ægypto vocavi filium meum, etiam duabus rebus servavi, q. d., ut Matronæ Juda suos flevissent cum abducerentur Babylonem, sic matronæ Bethlehem filios suos occisos ab Herode. Prior interpretatio magis convenire videtur doctoribus.* (Vid. Ps. 8, 3, 8.)

VERS. 16. — OPERITO, id est, filiis tuis ob Christum occisis, vel, labori quem tui sustinuerunt in Chaldæâ. LUMICI, id est, Satanae, qui dicitur princeps mundi.

VERS. 17. — NOVISSIMO TUI, fini tuo, id est, de reliquis filiis tuis, q. d., est benè sperandum de illis. AN TERMINUM SUUM, vel, in regionem suam, id est, in Ecclesiam; nam fiet ubum ovile, et unus pastor.

VERS. 18. — Ephraim, id est, genus humanum captivum. (Pterique interpretes intelligunt de decem tribubus in Mediam abductis; quas qui respiciunt unquam negant, ut Grotius hic censent causas afferri à Deo cur illas nunquam sit reducturus; quam in rem legendus Grotius. Qui vero et respiciunt saltem partim, et in patriam rediisse asserunt, ut clarissimus Pridæaux, tom. 1 Hist. Judæorum, l. 5, sic ista exponunt.) PLANGENTEM, lamentantem, sub. et dicentem mihi in captivitate: *Castigasti, etc.* Dialogismus est Ephraim et Dei. NON ASSUETUS, etc., vel, indonitus. FAC ME CONVERTI, vel, redire me fac.

VERS. 19. — OSTENSUM EST MIHI, vel, posteaquam cognovi meipsum, id est, culpam meam. PERCUSSI FERUM: more scilicet dolentis (omnibus populis insitatu, ut videre est apud Calmet). SUSTINUI OPPROBRIUM, etc., id est, laci penas scelerum meorum probrorum que antea admiseram; nam abii in exilium. — 20. PASTORIS, id est, quem habere debent in pretio propter obedientiam? q. d., non; peccavit enim contra me: unde coactus sum illum expellere patriâ suâ. (Loquitur Deus.) DELECTABILIS, ad verbum, *per solatiorem?* id est, cum quo consolari debuissent quod fuerit mihi obediens? q. d., non. QUIA, etc., vel et tamen ex quo tempore loquor de illo, solo adhuc recordari illius, propterea, etc., id est, ex quo incipio de eo sermonem facere, adhuc recordari solo amoris quo antea solitus sum illum prosequi. SORDEBUNT (1), commota sunt.

(1) Ephraim n'est-il pas mon fils que j'ai honoré, et un enfant que j'ai élevé avec tendresse? etc. Après qu' Ephraim est retourné à son Dieu de tout son cœur, et que la vue de l'opprobre de sa jeunesse l'a tout couvert de confusion, Dieu le console, et l'anime en témoignant qu'il l'a toujours honoré comme son fils, et comblé de biens. Il semble en cela faire allusion à la préférence qu'il

VERS. 21.—SIGNA, titulos, id est, lapides erectos, quales solent erigi in agris ad indicandam viam. CUMULOS ALTOS, ad verbum *acervos*, sub. *lapidum*. AD SEMITAM. Proprie significat *viam stratum lapidibus*. Gallie *chassée*, q. d., adhibe animum et mentem ad considerandas vias per quas in captivitate profectus es : nam per eandem reverteris, q. d. : O congregatio electorum quæ quotidie Dei tui ignara, transis in potestatem Satane, vias illas quibus iter facis dum abduceris ad tyrannum, nota et signa titulis et altis lapidum *acervis* : ut cum tibi erit redeundum in patriam tuam, facile viam quod transivisti, inveire possis. REVERTERE, sub. *nam olim sum tibi dicturus*. CIVITATES, id est, ecclesias particulares.

VERS. 22.—VERTE TE, etc., id est, vires sine certâ lege. Verba Dei Patris vocantis congregationem electorum, *filium*, q. d. : Diu quidem vagaberis, sive discurre dolorem causâ, et honorem meum parum curans, sed non perpetuo : nam illud tantum usque ad adventum Christi, cui, ubi advenerit, victa porriges manus. CREABIT, ad verbum, *creavit* pro futuro, *creabit*. CIRCUMDARTI, cinget, sub. *utero* : ita ut referatur ad B. Virginem; ac locum quidem ad Messiam mysticè aptare etiam Mosen Hadarsan ad Genes. 41, observat Grotius; et seposito eo sensu quem ab objectionibus Lipmanni vindicat Hulsius p. 505, torquent se interpretes in explicandâ litterâ. Grotius pro proverbio habet : *Viri solent ambire puellas, non puellas viri. Sic populi erant Deum querere; ad Deum ultro ad populum venit, ejusque amorem ambi.* Calmet exponit simpliciter de matrimoniis que post captivitatem facilia admodum et optabilia etiam femina præter morem futura sint; cum contra calamitosis exili temporibus quibus suis deque versa omnia erant, tribus ac familiis permixtis, necnisi ad servitium liberis nascentibus, et difficilia fuerint et ingrata. Quidam locum conferunt cum Isai. 4, 1, sed eo loci res est non novâ sui mirabilis ut hic, sed inverecunda (1).

inspira à Jacob de donner à Ephraïm, quoique plus jeune que Manassé le fils aîné de Joseph; et on effait il devint sans comparaison plus puissant, jusque là que l'Écriture, comme on l'a dit, donne souvent le nom d'Ephraïm aux dix tribus d'Israël. Dieu ajoute ensuite, qu'il encore qu'il eût parlé contre lui en le condamnant à une dure captivité, il voulait encore se souvenir de lui pour lui faire miséricorde. Mais saint Jérôme traduisant ce même endroit, qui est très-obscur, d'une autre manière, dit que Dieu déclare, que depuis qu'il avait mis ses paroles dans Ephraïm, c'est-à-dire, qu'il les avait fait entrer au fond de son cœur par une sincère conversion, il sentait pour lui ses entrailles tout émus; qu'ainsi il voulait se souvenir de lui dans la suite, et user de miséricorde à son égard. (Sacy.)

(1) CREABIT DOMINUS, etc. Et postea v. 31 : *Ecce dies venient, et feriam domui Israël*, etc. Citat posteriora verba, et alia que sequuntur, Paulus ad Hebr. 8, et interpretat de gratiâ novi Testamenti; tantum id quod hic legitur v. 33 : *Dabo legem meam in visceribus eorum*, Apostolus effert pluraliter : *Dabo leges meas in mentem eorum* : non quod de aliâ lege agat quam de lege Decalogi, sed quia Decalogi plura sunt præcepta; dilectionis scilicet, saltem duo. Ulterius si quaeratur, quomodo illud hic intelligendum sit : *Femina circumdabit virum*, cum Evangelio

VERS. 23.—DICENT, sub. *Israëlitæ spirituales*. CAPTIVITATEM EORUM, q. d. : Judei spirituales cum liberati à Satana, venerint ad Ecclesiam Christi, illi benè precabuntur, dicentes : O habitaculum justificatoris, et ô mons in quo colitur sanctificator Christus : sub. *servet te Deus*.

VERS. 24.—PROFICISCENTUR, id est, vagabuntur huc illuc; q. d., non tantum urbani, sed et rustici.

VERS. 25.—INEBRIARE FECI ANIMAM LASSAM, inebriatio animam præ siti deficientem. IMPLEVI, implebo, sub. *gaudio*, id est, consolabor.

VERS. 26.—PROPTER HOC, sub. *quia hæc sunt plena gaudii*. Verba sunt Jeremie, q. d., posteaquam vidi per somnium prophetiam illam de Christo venturo, evigilavi protinus : et recordatio talis somni in quo talem prophetiam videram, fuit mihi gratissima (1).

teste, non dubitemus Salvatorem nostrum de quo hæc prophetia est, de virgine natum, per ætatum incrementa, post infantiam, et pueritiam demum ad virilem ætatem pervenisse. — Resp. quod non respicit Prophetia, dum virum nominat, ad robur, aut molem corporis, neque ad numerum annorum, sed ad id quod scriptum est à Joanne Evangelista, *Joan. 1* : *Et verum caro factum est; item ad id quod est Isai. 7* : *Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel*, id est, nobiscum Deus. Christus itaque, qui ab initio conceptus fuit perfectus Deus, et Dei filius; ac proinde secundum animam quoque perfectè intelligentiã præditus, non tantum virum, sed et pluriquam virum dicere non dubitamus : virum scilicet propter perfectum rationis usum, aliasque animæ rationalis perfectas dotes; pluriquam virum vero, propter divinitatem humane nature in unitate persona conjunctam. (Estius.)

(1) PROPTER HOC EVIGILAVI, ET VIDI, ET SOMNUS MEUS STAVIS ERAT MIHI. Quæ verba cum summi sint, interpretes dissentunt. Hebræi præ prophetiam hic suo nomine loqui existimant. Quibus prævit Chaldaeus, qui versum sic exposuit : *Dixit propheta : Propter hæc annuntiationem dierum consolationis, qui venturi sunt, suscitatus sum et vidi; iterum dormivi, et somnium meum profuit mihi.* Jarchi : *Sic dixit Jeremias : Quantum obdormivi et somno sopitus fui per vaticinium pœnæ, tantum excitavit scilicet expergefecit me istud vaticinium à sopore meo.* Kimchi : *Hoc dicit vates : propter prophetiam hæc bonam, que mihi in somnio obiit, jucundus mihi fuit somnus meus, et evigilavi lætus.* Et *vidi*, id est, postquam conspexi visum liberationis et felicitatis. Grotius : *Loquitur propheta : Tibi ab hoc viso surrexi, vidi, id est, cum voluptate contemplantis sum quæ mihi erant revelata; et somnus meus mihi dulcis fuit, id est, et suaviter dormivi, postea, quod antea præ dolore facere non solebam.* Sententia jejuna. Nec placet Hebræorum interpretatio. Quid enim necesse erit dicere prophetam, gratum sibi fuisse futura felicitatis promissionem, quam à Jova accepit? Vatis verba erant summi contineri statuit et Eichhorn, et, qui cum sequitur, Dahler; sed ab aliis interpretibus in eo discedunt, quod optare prophetam existimant, ut cum non sperare possit vitam ad illud usque tempus perducere, quo Hebræi à terris exteris sint redituri, hoc saltem sibi concessum fuerit, ut tunc à somno mortis ad breve tempus suscitatus, felicem illam novam conversionem eorum spectaret, testatus se, postquam illam conspexisset, libenter in sepulchrum rediturum, et jucundum tunc sibi mortis somnum futurum esse. Quod Dahlerus sic exposuit : *Puisse-je pour voir ces choses me réveiller alors. Que mon sommeil ensuite me servit doux!* Propheta suo nomine loquenti cum vix commode applicari hic versus queat, restat, vel populam

VERS. 27.—SEMINABO, etc., id est, futurum est ut impleam Judam et Israelæm hominibus et opibus quæ olim erant in gregebis et pecoribus.

VERS. 28.—QUÆMADMODUM, etc., ad verbum : *Quemadmodum vigilavi ut evellerem*, etc., id est, ut omnem curam et diligentiam posui in illis evertendis, etc., q. d., ut olim severe cum illis egi, animadvertendo in illos, sic illis omnia flagitia condonabo, eosque in integrum restituum. SUPER EOS, id est, in utilitatem eorum.

VERS. 29.—UVAM ACERBAM. Proverbum Hebraicum, ac si dicas : Filii luunt penas propter peccata parentum. (Vid. Ezech. 18, 1, 2.) ; q. d. : Futurum est tempore Christi, ut veri Israelite non rejiciant causas penarum suarum in aliena scelerâ, nempe in scelera avorum suorum : sed agnoscent se peccatores, et fatebuntur se dignos morte sempiternâ ob delicta sua : hoc est, affirmabunt se comedisse uvam illam immaturam, cujus esse ipsorum delicta obstuperunt, seque dignos morte fatebuntur, à quâ tamen se per Christum asservandos credent (1).

Judaicum, vel Deum loquentem induci. Prius statuit Hieronymus, cujus hæc sunt verba : « Illoque (Deo) ista dicenti respondit populus, qui de captivitate venerat : *Idem exspectatus sum et vidi.* » Verum si exilii tempus somno comparetur, haud facile intelligitur, quomodo ille somnus dulcis vocari possit ; Dei igitur, quem supra, vers. 25, loquentem vates inducit, verba hoc versu continuatur, quod et Boederlein vidit, qui in Additionibus ad Grotii Annotationes huic communi hæc adscripsit : « Mellis de Deo exponitur : *Idem evigilabo et prospiciam vestra saluti, post suavem et somnam, dormire dicitur Deus, si hominum non videretur curam gerere; evigilat, si vim suam monstrat.* » Luculentius post Patrem Christianum Benedictum, exponit hunc locum J. D. Michaelis : « *Dormire*, videtur debatur Deus, populo in captivitate abducto; *evigilat*, etiamque reducit, gaudens, hoc somni sui tempore mores populi in melius esse mutatos. » (Rosenmuller.)

(1) IN INIQUITATE SUA, etc., q. d. : Non tamen cessabit Deus vindicam exsequi in immeritoribus, etc. (Synopsis.)

FÆDUS NOVUM. Init Dominus olim cum Judæis fœdus carnale et imperfectum, transitorius rebus alligatum, duraturum ad certum tempus, et quod Judæi sæpe irritum fecerunt, eò quod lex non esset impressa affectibus eorum, sicut lex evangelica, quæ scripta est in cordibus hominum piorum. Fœdus autem novum confirmatum est sanguine Christi : quod violari non potest, quia est æternum, et scriptum non in tabulis lapideis sed in cordibus et affectibus hominum. Porrò leges quæ in hoc confederatione sunt constitute inter Deum et hominem, sunt, quod *Deus vult esse Deus noster, salvator, liberator, defensor, et omnium bonorum supplicitor*. Nostræ autem leges sunt, ut *audiamus Deum, confidamus in verbo suo, credamus Christum esse justitiam et salutem nostram*, etc. Confederatio enim non fit sine legibus vel conditionibus utrinque servandis. Est, inquam, hoc fœdus quod Christus pepigit nobiscum novum, non ut nuper allatum, cum etiam Patres veteris Testamenti per fidem venturi Christi remissionem obtinerent peccatorum, et quodammodo in novo fuerat Testamentum, sed quod novâ ratione per Christum fuit institutum, et sanguine ejus sancitum, atque discussis legibus umbris explicatum, quod apud Patres latenter vigit. Atque hic mirum in modum esse torquent Judei quod legem suam Mosaicam tueantur atque invariabilem esse demonstrant. Quidam enim aiunt fœdus istud novum esse legis renovat-

VERS. 32.—ET EGO DOMINATUS SUM EIS (je le ai traité en maître; Calmet, vel, verte : *Etsi*) factus sum quasi iri eorum, vel functus sum officio veri sponsi erga illos.

VERS. 33.—SED HOC ERIT FÆDUS, etc. Fœdus vetus erat : *Servate leges meæ scriptas in tabulis lapideis, quas dedi vobis per Moysen : et ero Deus vester, et vitam vobis imperitiam sempiternam*, Levit. 1, 5. (Et Ps. 20, 2, et 105, 10.) Fœdus istud, magnum habet metum comitem, et salutis difficultatem animis offert : quod vellet que fugere et vitare nemo potest, nisi Spiritu Dei prædictus, Act. 15. Fœdus verò novum est : *Credite in Jesum Christum filium meum, et baptizemini : et ero Deus vester, et vos pro populo meo habebis*. Novum dicitur, quod novas habebitum sit conditiones : ut : *Qua crediderit, et baptizatus, etc.* Marc. ultimo. Præterea : *Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem, sicut dilexi vos*. Joan. 15 : *Fœdus novum, facile est, suave et benivolentia et securitatis plenum*; Matth. 11, Act. 15. Nam continet magnificam illam promissionem salutis et remissionis peccatorum, quam consecuti sunt qui in Christum crediderunt. (Vid. Lev. 18, 3; Rom. 7, 6; 8, 10, 8, et Ezech. 41, 19; 36, 26.) Dies, vel, *condonabo illis scelera eorum*.

VERS. 34.—PROPTIATOR, condonabo eis scelera eorum (1).

VERS. 35.—STATUTA, leges, id est, qui dedit, sive dat luxæ et stellis leges ortus et occasus, vel, qui præ-

tionem, quæ à Judæis toties fuit violata. Alii dicunt fœdus novum esse confirmationem legis; quòd scilicet tempore Messie nemo aut paucissimi sint prævaricatorum legem, eò quod Dominus impressurus sit illam in corda hominum. Auctor quoque Nizabon arguit hic contra Christianos, magis ex insanâ quam ratione contra eos invehit. Hæc est impiorum consuetudo, ut quem ratione superare non possunt, conentur obruere calumniis et malediciis. (Monsterus.)

(1) ET NON ROBERT ULTRA, etc. Libenter allegare solent hæc sententiam hæretici novatores, qui nostro tempore docent facilem esse Scripturam sanctam, ejusque intelligentiam, dummodo inquirunt, tenent quisque grammaticam vocum vim et significationem. Quæ doctrina haud dubiè absurdissima est. Nam, nec poetas, nec historicos, nec oratores, intelligit quisquam, solâ grammaticâ instructus, nisi et versutus sit in figuris rhetoricis, et lingue proprietatibus; multo ergo minus intelligi poterit Scriptura sacra; cum et scripta sit lingua alienâ, videlicet Hebræâ, vel Græcâ, et maxime figuris et allegoriis decorata. Porrò quod ad verum sensum horum verborum attinet, quidam sententiam referunt ad futurum seculum. Sed non est necesse eo venire. Quod enim dicitur : *Non docabit ultra vir proximum suum*, intelligitur de eo quod sequitur : *Cognosce Dominum*, et causa subjicitur : *Omnes enim cognoscent me à minimo usque ad maximum, dicit Dominus*, quasi dicit : Omnes erunt instructi in fide. Sed non propterea statim intelligi omnia que sacris literis continentur. Est enim omnium Christianorum fides, sed non est omnium intelligentia. Adde quod Prophetæ dixerant : *Cognosce Dominum*, et parum profecerant; Apostoli autem, non tam predicatioe quam miraculis et vite innocentia, Deo tanto corda hominum tangente, multa millia hominum subito convertebant. Hinc illud Act. 2 : *Compuncti sunt corde*, et c. 16, predicante Paulo, de Lydiâ illâ : *Cujus Dominum aperuit cor*, etc. (Estius.)

fecit et proposuit lanam et stellas nocti, ut illam illustraret. Repert, scilicet, id est, divisit mare Rubrum, et fremebant fluctus ejus.

VERS. 56. — *MOVERI POSSUNT, vel desinent esse, sub quod nunquam fiet; ut, inquit, sol, luna, et stella quam dicit mundus erit, suam lucem et sua officia sunt servatura: sic nec populus Dei desinet esse Dei populus (1).*

VERS. 58. — *ANGULI, id est, angulorum, ut habes in Zacharia 14, ubi eadem predicantur (2).*

(1) Si, etc. *Si mensurabuntur, vel, mensurari possint, nempe ab homine; et verum potentialiter sumitur, celi superna, illi qui super astra sunt, vel potius, celi visibiles. ARIZIAM PROPTER OMNIA, etc., scilicet, peccata; q. d.: Quamvis meriti sint mille mortes, ego tamen rationem potius habeo fœderis et misericordie.* (Synopsis.)

(2) A TURBE HANANIEL. Describit accuratè totum Urbis ambitum. *Turris Hananiel* est in meridiano latere, Neh. 5, 1. Confer cum hoc loco alterum Zach. 14, 10. USQUE AD PORTAM ANGULI, qui inter Orientem et Septentrionem in parte Benjamin, 2 Reg. 14, 15. (Grotius.)

CAPUT XXXII.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam à Domino, in anno decimo Sedecie regis Juda: ipse est annus decimus octavus Nabuchodonosor.

2. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Jerusalem: et Jeremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Juda.

3. Clauserat enim eum Sedecias rex Juda, dicens: Quare vaticinans, dicens? Hec dicit Dominus: Ecce ego dabo civitatem istam in manus regis Babylonis, et capiet eam.

4. Et Sedecias rex Juda non effugit de manu Chaldeorum, sed tradetur in manus regis Babylonis, et loquetur os ejus cum ore illius, et oculi ejus oculos illius videbunt.

5. Et in Babylonem ducet Sedeciam, et ibi erit donec visitem eum, ait Dominus; si autem dimicaveritis adversum Chaldeos, nihil prosperum habebitis.

6. Et dixit Jeremias: Factum est verbum Domini ad me, dicens:

7. Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tui venit ad te, dicens: Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate, ut emas.

8. Et venit ad me Hanameel filius patri mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, et ait ad me: Posside agrum meum, qui est in Anathoth in terra Benjamin, quia tibi competit hereditas, et tu propinquus es ut possideas. Intellexi autem quod verbum Domini esset.

9. Et emi agrum ab Hanameel filio patri mei, qui est in Anathoth: et appendi ei argentum septem stateres, et decem argenteos.

10. Et scripsi in libro, et adhibui testes: et appendi argentum in statera.

11. Et accepi librum possessionis signatum, et stipulationes, et rata, et signa forinsecus.

VERS. 59. — *FILUM, vel, funis. (Vid. Ps. 78, 35.) ANTE IPSAM, à conspectu ejus, sub. porta. CINCIRIT, vel, vertet se, sub. funis illic. Hæc loca sunt vicina Jerusalem, q. d.: Jerusalem amplioribus finibus extruatur quam antea; quod refertur ad spiritualem.*

VERS. 40. — *CADAVERUM, quod scilicet illic intercepti fuissent Assyrii ab angelo, ita Chald. paraphr., ad plerique interpretes de Tophet exponunt. Vid. Isai. 30, 35, et 66, 24. Vel: Et tota vallis cadaverum, et cineris locus, et universi agri, etc., ut ad sequentia referatur. Cinerem, sive locum cineris vocat in quem cineres sacrificiorum effundebantur. SANCTITAS DOMINO erunt; id est, consecrabitur Domino (id est, includentur intra mœnia urbis quam elegit. Vid. Ps. 78, 68); et amplificabitur hæc ratio urbis Jerusalem; q. d.: Gentiles qui sunt extra Jerusalem (per appendices urbis intelligi debent) neque existimantur sancti, olim Deo dicantur, et locum habeant in Jerusalem cœlesti. NON EVELLETUR, sub. quod erit Domino consecratum. Ecclesia permanebit in æternum; est enim sacra Domino.*

CAPITRE XXXII.

1. Voici ce que dit le Seigneur à Jérémie, la dixième année de Sédécias, roi de Juda, qui est la dix-huitième année de Nabuchodonosor.

2. Alors l'armée du roi de Babylone assiégeait Jérusalem, et le prophète Jérémie était enfermé dans le vestibule de la prison qui était dans la maison du roi de Juda;

3. Car Sédécias, roi de Juda, l'avait fait mettre en prison, en disant: Pourquoi nous dites-vous des prophéties? Voici ce que dit le Seigneur: Je livrerai cette ville entre les mains du roi de Babylone, et il la prendra;

4. Et Sédécias, roi de Juda, ne pourra échapper de la main des Chaldéens; mais il sera livré entre les mains du roi de Babylone: sa bouche parlera à sa bouche, et ses yeux verront ses yeux;

5. Et Sédécias sera mené à Babylone, où il demeurera jusqu'à ce que je le visite, dit le Seigneur. Si vous entreprenez de combattre contre les Chaldéens, vous n'en aurez aucun bon succès.

6. Et Jérémie dit: Le Seigneur m'a parlé, disant:

7. Hanameel votre cousin-germain, fils de Sellum, viendra vous trouver, et vous dira: Achetez mon champ qui est à Anathoth, parce que c'est vous qui avez droit de l'acheter, comme étant mon plus proche parent.

8. Et Hanameel, fils de mon oncle, vint effectivement me trouver dans le vestibule de la prison, selon la parole du Seigneur, et me dit: Achetez mon champ qui est à Anathoth, en la terre de Benjamin; car cet héritage vous appartient, et c'est vous qui avez le droit de l'acheter, comme étant mon plus proche parent. Or je compris que ceci se faisait par un ordre du Seigneur.

9. J'achetai donc d'Hanameel, fils de mon oncle, le champ qui est à Anathoth, et je lui en donnai l'argent au poids, sept sicles et dix pièces d'argent.

10. J'en écrivis le contrat, et je le signai en présence de témoins; et je lui pesai son argent dans la balance.

11. Et je pris le contrat de l'acquisition, signé avec ses clauses, selon les ordonnances de la loi, et avec le sceau qu'on avait mis au dehors;

12. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filii Massie, in oculis Hanameel patruelis mei, in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, et in oculis omnium Judeorum qui sedebant in atrio carceris.

13. Et precepi Baruch coram eis, dicens:

14. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Sume libros istos, emptionis hunc qui apertus est, et librum hunc signatum: et pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis.

15. Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc possidebuntur domus, et agri, et vinea in terrâ istâ.

16. Et oravi ad Dominum, postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens:

17. Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu fecisti cœlum et terram in fortitudine tuâ magnâ, et in brachio tuo extenso: non erit tibi difficile omne verbum:

18. Qui facis misericordiam in millibus, et reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos: fortissime, magne, et potens, Dominus exercituum nomen tibi.

19. Magnus consilio, et incomprehensibilis cogitatu: ejus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, et reddas unicuique secundum vias suas, et secundum fructum adinventonum ejus.

20. Qui posuisti signa et portenta in terrâ Egypti usque ad diem hanc, et in Israel, et in hominibus, et fecisti tibi nomen sicut dies hæc.

21. Et eduxisti populum tuum Israel de terrâ Egypti, in signis, et in portentis, et in manu robustâ, et in brachio extenso, et in terrore magno.

22. Et dedisti eis terram hanc quam jurasti patribus eorum, ut dares eis terram fluentem lacte et melle.

23. Et ingressi sunt, et possederunt eam: et non obediunt voci tuæ, et in lege tuâ non ambulaverunt: omnia que mandasti eis ut facerent, non fecerunt: et evenerunt eis omnia mala hæc.

24. Ecce munitiones extractæ sunt adversum civitatem, et capiatur: et urbs data est in manus Chaldeorum, qui preliantur adversum eam, à facie gladii, et famis, et pestilentie: et quæcumque locutus es acciderunt, ut tu ipse cernis.

25. Et tu dicis mihi, Domine Deus: Eme agrum argenteo, et adhibe testes: cum urbs data sit in manus Chaldeorum.

26. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens:

27. Ecce ego Dominus Deus universæ carnis: numquid mihi difficile erit omne verbum?

28. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam civitatem istam in manus Chaldeorum, et in manus regis Babylonis, et capiet eam.

29. Et venient Chaldæi preliantes adversum urbem hanc, et succedent eam igni, et comburent eam, et domos in quarum domibus sacrificabant Baal, et habitabant diis alienis libamina ad irritandum me.

12. Et je donnai ce contrat d'acquisition à Baruch, fils de Néri, fils de Massias, en présence d'Hanameel mon cousin germain, et des témoins dont les noms étaient écrits dans le contrat d'acquisition, et au milieu de tous les Juifs qui étaient assis dans le vestibule de la prison;

13. Et je donnai cet ordre à Baruch devant tout le monde, et je lui dis:

14. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: Prenez ces contrats, ce contrat d'acquisition qui est cacheté, et cet autre qui est ouvert, et mettez les dans un pot de terre, afin qu'ils puissent se conserver longtemps.

15. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: On achètera encore des maisons, des champs et des vignes en cette terre.

16. Et, après avoir donné le contrat d'acquisition à Baruch, fils de Néri, je priai le Seigneur, en disant:

17. Hélas! hélas! hélas! Seigneur Dieu, c'est vous qui avez fait le ciel et la terre par votre grande puissance et par la force invincible de votre bras; rien ne peut vous être difficile.

18. C'est vous qui faites miséricorde dans la suite de mille générations, qui rendez l'iniquité des pères dans le sein des enfants qui leur succèdent; c'est vous qui êtes le fort, le grand et le puissant; le Seigneur des armées est votre nom.

19. Vous êtes grand dans vos conseils et incompréhensible dans vos pensées; vos yeux sont ouverts sur toutes les voies des enfants d'Adam, pour rendre à chacun selon sa conduite et selon le fruit de ses œuvres.

20. C'est vous qui avez fait jusqu'à ce jour des signes et des prodiges dans l'Égypte, dans Israël, et parmi tous les hommes, qui avez rendu votre nom aussi grand qu'il est aujourd'hui.

21. C'est vous qui avez tiré votre peuple d'Israël de l'Égypte, par des miracles et des prodiges, avec une main forte et un bras étendu et dans la terreur de vos jugements.

22. Vous leur avez donné cette terre, selon que vous aviez juré à leurs pères de leur donner une terre où couleraient des ruisseaux de lait et de miel.

23. Ils y sont entrés et ils l'ont possédée; ils n'ont point obéi à votre voix, ils n'ont point marché dans votre loi, ils n'ont point fait toutes les choses que vous leur aviez commandées, et tous ces maux sont tombés sur eux.

24. Voilà la ville environnée des travaux qui ont été élevés contre elle pour la prendre, et elle a été livrée entre les mains des Chaldéens qui l'assiègent, étant abandonnée à l'épée, à la famine et à la peste; de sorte que tout ce que vous lui aviez prédit est arrivé, comme vous le voyez vous-même.

25. Et après cela, Seigneur Dieu, vous me dites: Achetez un champ avec de l'argent, en présence de témoins; quoique cette ville ait été livrée entre les mains des Chaldéens.

26. Alors le Seigneur parla à Jérémie, et lui dit:

27. C'est moi qui suis le Seigneur Dieu de toute chair; y a-t-il rien qui me soit difficile?

28. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur: Je vais abandonner cette ville entre les mains des Chaldéens, entre les mains du roi de Babylone; ils la prendront;

29. Et les Chaldéens viendront attaquer cette ville; ils y mettront le feu, et la brûleront; et ils réduiront en cendres ces maisons sur le haut desquelles on sacrifiait à Baal, et on faisait des oblations à des dieux étrangers, pour m'irriter;